

# LECTORI AUCTOR.

**E**n libellum, mole parvum,  
gravem materie, nec sine la-  
bore natum. Auctior ille  
prodit, & locis quibusdam paulo ex-  
pliacion. Regulas vero promittit,  
quae causas morborum expedire, at-  
que eventus secundare, possint. Ex-  
perimenta huic quidem necessaria  
operae Graecorum industria, diligen-  
tia Arabum, & Paucorum inter Re-  
centes accuratio, suppeditavit. Ana-  
tome vero, & Mechanice, nostris cul-  
tior, ratiocinio filum & fundamen-  
ta dedit. Utraque fida ! quidquid  
ignari clament aut invidiosi obstre-  
pant. Oderunt quippe & calumni-  
antur isti, quae nec attingere valent:  
non ergo, nisi sibimet, vocali igno-  
rantia nocent. Ubi autem dum af-  
fectibus indulgent, inania Parado-  
xorum & damnosae novitatis crimi-  
na obtentui sumunt, risum mehercle  
rerum gnaris excitant ! Qui antiqua  
scrutati, nova non ignorant, videbunt  
quid praestitum sit. Ethos ego solos

LECTORI AUCTOR.

idoneos operis judices agnosco.  
Sciant autem Hi, quos equidem ve-  
neror in privatos haec exarata usus;  
assequentur ita & ordinis simul, &  
brevitatis, causas. Auctores non  
citavi, quum nimii, vel nulli, no-  
minandi essent. Nec speciosos Me-  
dicamentorum titulos morbis addi-  
di. Cur? nihil arti exitiale magis  
novi; neque vero ipse ullum cogno-  
sco, quin solo tempestivo usu tale  
fiat; hunc vero ubique indicare an-  
nis sum non perfundorie. Postre-  
mo omnia haec stylo scripta in Arte  
recepto magis, quam ad puritatem  
Augustaei seculi expolito; facilius  
enim ille capitur, huic forte Inter-  
prete foret opus; saltem plus exe-  
gisset, quam quo fruor, otii. Vale!

IN-